

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Minerva, sive de causis latinae linguae commentarius**

**Sánchez, Francisco  
Schoppe, Caspar  
Perizonius, Jacobus  
Franequera, 1687**

De zeugmate

[urn:nbn:de:bsz:31-109138](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-109138)

## De Zeugmate.

**Z**eugma, id est, jugatio, vel connexio, quam Fabius Synezeugmenon appellat, est, in qua unum ad verbum plures sententiæ referuntur, quarum unaquæque desideraret illud, si sola poneretur; ut, *sociis, & rege recepto: Utinam, aut hic surdus, aut hæc muta facta sit: Aquila volaverunt, hæc ab oriente, illa ab occidente.* Hoc exemplum, & alia quæ subijciam, putarunt Grammatici, esse figuræ prolepsios, quia esset generis, & speciei: sed ineptè & contra Quinctilianum, qui semper putavit esse Synezeugmenon, quoties vox posita in una oratione, in cæteris desideratur; ut, *Aquilarum alia volavit ab oriente, alia ab occidente, vel, Aquila volaverunt, alia ab oriente, alia ab occidente.* Nec verum omnino est, quod præcipiunt, in hujusmodi formis debere nos genitivo partitionis semper uti: nam Cicero per nominativum locutus est, dicens; *Bestia alia mares, alia femina: idem; Homines, postquam reus factus est, alii redditi, alii etiam nunc retinentur.* Cæsar. 3. Civili; *Tabula testamenti, una per legatos ejus Romam erant allata, altera Alexandriæ, &c.* \* Livius dec. 3. lib. 4. multitudo,

L 1 2

pars

\* Livius &c.] Sic Idem XXX. 24. *Oneraria, pars maxima ad Æginam, alia ad calitas aquas delata sunt.* IX. 27. *Consules, Sulpicius in dextro, Paetius in laevo cornu, consistunt.* XXI. 24. *Galli, quanquam Italia bellum inferri audiebant, tamen metu consernati ad arma, Ruscinonem aliquos populis conveniunt.* V. 39. *Romani, quum pars major ex acie Vejios petisset, nemo superesse quenguam præter eos, qui Romam resugerant, crederent, (sic enim habent MSci) complorati omnes pariter.* VI. 41. *Galli &c. in forum perveniunt, inde dilapsi ad prædam, pars in proxima fuerunt, pars ultima perunt.*

XLIV.

XLIV. 25. Romanos quoque, quia traheretur diutius spe ipsorum bellum, & ipsos Duces & Senatum non abhorere ad finiendum bello. Immo sic passim, Milites tot millia. Liv. III. 5. Romanos cecidisse in Hernico agro quinque millia ac trecentos. XXXVIII. 26. Telesagi & Trocmi yediam tenebant aciem, millia hominum quinquaginta: Equitatum X. millia hominum ab dextro locaverunt cornu. XL. 53. Galli triamillia hominum in Italiam transgressi. XLIV. 43. Vagi è fuga quinque millia hominum capti. Sic proinde legitur XXXIII. 3. Nihil morati Aetoli, (sublata distinctione majuscula & vocula sunt, quæ hic interponitur) Phanea duce, duo millia pedum cum D. equitibus venerunt. Nec etiam ullam video causam, quare XXXV. 20. Alteri consuli dua legiones decreta, quas L. Cornelius Consul superioris anni habuisset, & socium ac Latini nominis ex eodem exercitu pedes XV. millia, & equites D; Et cap. 23. Senatui placere, tamultuariorum militum ad XII. millia pedes, & CD. equites scribere eum; Et XLII. 27. Et socios Latini nominis IV. millia pedum, ducentos Equites Brundisii adesse jubet; quare inquam his in locis cum Viro Summo pro Pedes reponam Pedum, pro Sociis, Socium, quum ex superioribus pateat, frequentissimam esse etiam Livio istam locutionem, qua pro Genitivo Partitionis, ut dicitur, adhibetur ille ipse casus, quo numerus rei numeratæ exprimitur. Quod si tamen omnino velis desiderari Genitivum, intellige vel sic, relictis locis illis integris, Hominum. Eodem enim prorsus modo dictum erit Pedes tres millia hominum, &c. quo Galli tria millia hominum transgressi, Equitatum X. millia hominum, &c. Quin immo adeo frequens fuit hæc locutio Veteribus, ut etiam ille Casus rei numeratæ seu partitionis) conveniens cum casu Numeri, per manifestam Ellipsin saepe sic omisus, quod factum, quando vocabulo Millia additum occurrit Masculinum plurale, hoc modo, XL. millia hominum interfecti. Id quod crebrius etiam in antiquissimis codd. occurret, quam in vulgatis edd. Certe in suo veteri libro perpetuum id esse testatur Vinctus ad Eutropium inib. lib. 3. Livium quoque frequentissime hanc Ellipsin adhibuisse cum excurrente ultra millia numero, & non excurrente, vel ex solo capite 40. libri XXXVII. patet. Distinctionem illam memoravi, quoniam in eâ quoque multum discriminis ponit Vir Summus ad Liv. XXXIX. 7. censens, si excurrente addatur numerus, tum id quod dividitur plerumque eo casu poni, quo iste numerus, at si non addatur, tum rem numeratam semper efferri patrio casu: acque idcirco istic pro tetradrachma Attica CXXVII. millia reponens prorsus tetradrachmum Atticum, & XXXVII. 59. pro

Vide pag.  
538.

*pars procurrit in vias; pars in adium vestibulis stat;*

L 13

pars

nummos aureos Philippoos CXL. millia, Nummorum auro-  
rum &c. Non video ullam iustam fatis servati talis dis-  
criminis causam, quam five excedens numerus adficia-  
tur, seu minus, utriusque locutionis eadem sit ratio &  
constructio. Præterea non esse à Livio servatum id dis-  
crimen, ex allatis à me & memoratis locis abunde patet.  
Ceterum recte censuit Budæus hæc Græco more  
dici, Dionys. Halic. lib. XI. *οἱ χαριέτατοι τῶν δημοκ-  
κῶν, οἱ μὲν εἰς τὰς πλατιοχάρας πόλεις μεταστίζε-  
ται πᾶς οἰκίσεις, οἱ δὲ εἰς ἀγροὺς.* Acl. Var. Hist. X. 16.  
*οἱ δὲ υἱεὶς αὐτῶ προσέειπον.* Manifeste pro τῶν δὲ. IV. 20.  
*τὴν τῷ πατρὸς ἕσταν εἰς τρία μίση νενηθίσταν τοῖς  
ἀδελφοῖς αὐτῷ, τῷ ἄργύριον μόνον λαβὼν ἰφοδίου, πᾶ  
λοιπὰ τοῖς ἀδελφοῖς ἴσταν.* IV. 15. *ἵνα μὴ αποδράντες*  
(scil. Alcibiades & Critias) *Σωκράτους, ὁ μὲν ὄβριση  
γίνεται, τυρωτικώτατος δὲ Κριτίας &c.* XII. 35. *ὅτε  
δύω περσιῶδοι, ὁ μὲν σοφὸς ἦν, ὁ δὲ πόρνος.*  
Appianus Syriacis, *Ρόδιοι δὲ Ἐμμενὸς ὁ Περσῶν βα-  
σιλεὺς, μίγα φρονιότες ἐπὶ τῇ κατ' Ἀπταχῶν συμ-  
μαχίᾳ, Εμμενὸς μὲν ἐς Ῥώμην ἰσίδετο. Ρόδιοι δὲ πρὶς-  
βοῖς ἐπικροῦν.* Manifesta jam hinc ratio & sinceritas  
locutionis apud Anton. Liber. fab. XI. *Ἀηδῶν δὲ Ἐ-  
λιδονίς, ἢ μὲν παρὰ ποταμὸς τῶν παῖδα θρηνεῖ, χε-  
λιδονίς δὲ ἐγένετο σύνοικος αἰθρῶν.* Sollicitant hæc  
Doctissimi Interpretes, ille nonnulla cjeciens, hic inter-  
ponens. Sed sicuti nullus codex ad id tentandum illis  
præiuit, sic nihil esse in ista locutione, quod correctio-  
nem desideret, exemplis aliis probavimus. Similiter ad-  
hæserit & librarii & Auctor Versionis in fab. I. *ἔχρησε  
δὲ Ἐ τοῖς Κεῖσι. οἱ δὲ θυεστοὶ ἀχρὶ νῦν ἐκλήθηται μὲν  
Ἀφροδίτη, κλησὺν δὲ οἰομάζονται, οἱ δὲ ἄλλοι κλησὺν  
κλαν Ἐκαίρην.* Omititur prorsus in versione illud *ἐκλή-  
θηται μὲν*, tanquam si de omnibus Cæis prius affirmaretur,  
posteriori vero de aliis extra Cæos; quam Auctor mani-  
feste heic dividat omnes Cæos in Iulias, qui erant pars  
Ceorum, & reliquos Cæos. Est tamen in contextu ali-  
quid vitii. Lege omnino & distigue, *οἱ δὲ θυεστοὶ  
ἀχρὶ νῦν, ἐκλήθηται μὲν Ἀφροδίτη, κλησὺν δὲ οἰο-  
μάζονται &c.* hoc est, Cæi accepto illo oraculo, quod iubebat sa-  
cra facere Ctesyllæ, ad hoc usque tempus ei sacrificant,  
Iulie quidem appellantes eam Penereν Ctesyllām, alii vero  
Ceorum Ctesyllām Dianam, scil. appellantes eam.

*pars ex tectis, fenestrisque prospectant.* Hæc tamen more græco dicta censet Budæus, in commentariis. Hæc de grammaticorum prolepsi. Iidem illi ineptè diviserunt Zeugma, in prozeugma, mezozeugma, hypozeugma: nam semper quocunque modo ponatur verbum, Zeugma erit. Iidem præcipiunt, verbum, vel adjectivum semper debere cum propinquiore convenire; ut, *sociis, & rege recepto.* Ego vero assero contra Budæum, & alios, rectissimè scripssisse Lucanum; *Leges, & plebiscita coacta.* Horat. *O noctes, cæneque Deum, quibus ipse, meique Ante larem proprium vescor.* Livius lib. 1. *Ego, populusque Romanus, populus priscorum Latinorum bellum indicio, facioque.* Statius lib. 7. *Fura, fidem, ac Superos una calcata rapina.* Poteris & hoc ad Syllepsin referre. Valer. Maxim. lib. 9. cap. 2. *Pedes ejus præcisos, & caput, & manus in cistam, chlamyde operos, pro munere natalitio mist.* Plancus Ciceroni; *Amor tuus, ac judicium de me, utrum mihi plus dignitatis in perpetuum, an voluptatis quotidie sit allaturus, non facile dixerim.* Cic. 2. Natur. *Quinetiam vites à caulibus, brassicisque, si propè sati sint, ut à pestiferis, & nocentibus refugere dicuntur, nec eos ulla ex parte contingere.* Livius lib. 5. *Gens est, cui natura corpora, animosque magis magna, quam firma dederit.* Julius Obsequens de prodigiis; *Cælum, ac terra ardere visum.* Gell. lib. 8. *Philippi vim, atque arma, toti Græcie cavendam, metuentamque, Demosthenis orationes notificant.* \* Sallust. *At ingenii egregia facinora, sicuti anima, immortalia sunt.*

\* Sallust. Sic Jug. 49. *Cum natura loci, tum dolo ipsi, atque signa militaria obscurati;* cap. 50. *Sin opportunior fuga collis, quam campus, fuerat. Ubi contra codd. faciunt editur.*

sint. Hom. 2. Iliad. *At vestra uxores, & pignora  
nescia fraudis, sub tectis resident sole.* Quod malè  
adducit Linac.

Eleganter desideratur idem verbum, sed in  
alia significatione; ut, *tu colis barbam, ille pa-  
trem: Nero sustulit matrem, ut Aeneas patrem.*  
Justinus; *Provoluta deinde genibus Alexandri, non  
mortem, sed ut Darii corpus sepeliant, dilationem  
mortis deprecantur: idem; Egregius adolescens, &  
eadem patris, & necem fratris, & se ab insidiis  
Artabani vindicavit.* \* Ovidius; *Pariterque ipso-  
que, nefasque sustulit.*

† Sæpè plures orationes uno verbo claudi vi-  
den-

L 1 4

den-

\* Ovidius] Sic Metam. XIV. 36. *Unoque duos nescere fa-  
cto.* Nempe *nesci* dicimur tum illum, in quem, tum  
istum, propter quem ultio exercetur. Videmus hinc etiam  
uno in commato unum verbum semel positum, duplici  
tamen significatione adhiberi. Petron. *Parata erat in tra-  
stium turba, quæ & injuriam meam vindicaret & dignitatem.*  
Sallust. or. 1. ad. Cæs. *quomodo scorta aut convivia excurrunt*  
nonnulli. Cic. Catil. II. 2. *Jam pridem ego L. Catilinam non  
modo invidia mea sed etiam vita periculo sustulisse.* Ubi  
male ingenium suum periclitatur conjectando Lambinus.  
Sensus est, periculo invidia mihi constanda, & vita  
amittenda.

† Sæpe plures orationes] Sic Sall. Jug. 42. *Multes morta-  
les ferro aut fuga extinxit.* cap. 45. *Bellum an pacem ge-  
rent.* Ubi perperam Ciacconius quid deesse suspicatur. Tac.  
Ann. I. 44. *Judicium & penas de singulis in hunc modum  
exercuit.* Sæpe etiam verbum refertur ad propinquius  
significatione & constructione, ad remotius constructione  
quidem, sed neutiquam significatione Tac. Ann. II. 20.  
*Quod arduum sibi, cetera Legatis permisit.* VI. 24. *Ut si-  
cusi nurem & nepotem, domusque omnem cadibus comple-  
visset.* Suet. Tib. 24. *Principatum quamvis neque occupare  
confessum, neque agere dubitasset.* Ter. Andr. III. 5. 18. *Hoc  
tempus praeavere mihi me, non te nesci finit.* Nep. Hann.  
8. *Alii naufragio, alii à servii ipsius interfectum eum scri-  
perunt.* Intellige in priore parte horum exemplorum,  
*Sumpsit, Interfecisset, vel Vexasset, Andret, Inbet, Per-  
tisse.*

dentur, sed ad verum sensum aliud supplendum est. Virgil. *Sacrâ manu, victosque Deos, parvumque nepotem Ipse trahit*: verbum, *trahit*, non rectè referas ad superiora; sed deest, fert, vel *portat*: idem; *Disce puer virtutem ex me, verumque laborem, Fortunam ex aliis*: ubi Servius; deest, *opta*. Plaut. Most. *Ille quidem haud negat. Th. Imo ædopol negat profectò, neque se has ædes vendidisse, subaudi affirmat, vel jurat. Sallust. Jugurt. Non enim regnum, sed fugam, exilium, egestatem, & omnes has, quas me premunt, ærummas, cum anima simul amisisti, &c. Horatius; Sæpe velut qui currebat fugiens hastem, per sepe velut qui Junonis sacra ferret, subaudi incedebat.*

## De Pleonasmò.

**P**leonasmos, seu Parelcon fit, quum ad legitimam constructionem aliquid additur; ut, *Adesdum*; *Iteradum eadem ista mihi*; \* *Quoad ejus fieri potest*; *Nusquam gentium*; *Ubique locorum*: quamvis in his genitivis poterit esse Ellipsis nominis. Propriè dicitur Pleonasmus, quum additur nominibus comparantibus adverbium *Magis*. Virgil. *Culice; Quis magis optato queat esse beator ævo? Ovidius, five is Lucanus est, ad Pisonem, Quodque magis dono fuerit pretiosior omni. Plaut. Aulul. Ita mollior sum magis, quam ullus Cincædus: ibid. Neque cui plus amplius malefaciam*: idem Poenul. *Verum qui dederit, magis majores nugæ egerit*: idem Capt. *Nihil magis hoc certo certius*: idem Stich.

Vide ad pag. 161.

\* *Quoad ejus fieri potest* In hac locutione tantum abest, ut sit Pleonasmus, ut certa in ea sit Ellipsis. Vide supra pag. 309. De reliquis Vide infra in Hellenismo.